J. rel. 210

Codex

~~Qint~~

CODEX
JURIS VESTROGOTHICI,
EX VETUSTO BIBLIOTHECÆ REGIÆ HOLMIENSIS MANUSCRIPTO, MULTUM A STJERNHJELMIANO DISCREPANTE, TRANSSCRIPTUS,

---

Quem

Consent. Ampliss. Philos. Ord. Lund.

Latine Versum Exhibent

PRÆSES

EBBE SAMUEL BRING,

Phil. Doct. Hist. Litt. Doc.

et

RESPONDENS

GUSTAF ACHARIUS,

Ostrogothus.

In Academia Carolina die XVI Maji MDCCCXII.

H. L. Q. C.

Part. I.

LUNDÆ, MDCCCXII.
Litteris Berlingianis

175 - 13.

Bruks-Patronen

Välborne Herr

WOLLRATH THAM

samt

Välborna Fru

BEATA ULRICA THAM,

född von STEYERN,

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Vördnadsfullt och Tacksamt

Tillegnadt

af

GUSTAF ACHARIUS.

Fortasse alicui in mentem venerit mirari, nos Jus Vestrogothicum, cum jamdudum ab illustrissimo viro Stjernhjelm descriptum, digestum ac editum sit, postea vero a Joh. Loccenio latine versum notisque a Carolo Lundio illustratum a), iterum de Gothico in latinum convertere conversumque edere conari. Cui vellem cognitum esset, nos alium sequi codicem, eumque membraneum b), quem Holmiæ in Bibliotheca regia transscripsit transscriptumque nobis vertendum ac edendum tradidit celeberrimus in hac Academia Juris Professor, Doctor Johannes Holmbergson. Hunc autem codicem ab illis, quos secuti sunt cel. viri Stjernhjelm, Loccenius & Lundius, multum differre magisque integrum esse, id unicuique, facta comparatione, perspicuum erit. Quo tamen iis etiam, quibus non est hæc manuscripta inter se conferendi opportunitas, differentia melius perspiciatur, nonnulla,

---

a) Wäst-Götha Laghbook vppå then Stormechtigste Höghborne Furstes och Herres, Herr Carl then Elloftes &c. befalning vthaf ett off-gammalt M S:to som fins in archivo Regni, med flijt vtskrifwin och i wisse Balkar Flockar och §§. sammanfattat aff Georg Stjernhjelm &c. Stockh. 1663 Legum W. Gothicarum in Svionia Liber, &c. Vpsalis.

b) Archetypon codicis nostri, teste Cel. Holmbergson, invenitur Holmiæ in Bibliotheca regia sub N:o 58 B, estque forma fere octonaria ac in tergino tegumento, ubi figuræ more majorum pictæ sunt, colligatum.

quæ a laudato Professore audivimus, hac de re dicenda sunt. Pro certo igitur affirmat cel. Holmbergson, se in Bibliotheca regia eum vidisse codicem, quem in Jure Vestrogothico edendo inprimis secutus erat Stjernhjelm, seque etiam comperisse dicit, ill. Stjernhjelm multa quidem ad verbum descripsisse, multa vero partim præteriisse, partim alio ordine attulisse, atque etiam nonnulla adjecisse, quæ, ut ex ipsius præfatione intelligi potest, a manuscripto, quod tum possedit vir quidam generosus c), desumsit. Animadvertit quoque cel. Holmbergson, commutationem unius vocabuli interdum factam fuisse ab ill. Stjernhjelm, etiam iis in locis, ubi codicem suum in ceteris secutus est d). Melius itaque, secundum opinionem laudati Professoris, quid de Jure Vestrogothico senserit Stjernhjelm, quam quæ vera fuerit harum legum natura atque ratio, ex codice Stjernhjelmiano intelligi potest.

---

c) cujus nomen silentio præteriit. Vid. Wäst-Götha-Laghbook. Præf.

d) Ex. gr. Stjernhjelm semper pro Umfärd posuit Winfärd, cum tamen, ut affirmat cel. Holmbergson, hoc vocabulum in Archetypo scribatur Umfärd. Sed in margine codicis vel etiam supra lineam pluribus in locis manu recentiori, forte ipsius Stjernhjelmii, in Winfärd commutatum est.

At vero codex noster, teste cel. Holmbergson, non solum litterarum conformatione, sed etiam ordine rerum & pleniore verborum comprehensione manuscripto illi, quod secutus est ill. Stjernhjelm, antecellit plurimum. Quamobrem non tantum loca quædam codicis Stjernhjelmiani, quæ, ut opinor, omissis quibusdam vocabulis facta sunt obscuriora, noster illustrat, verum etiam meliorem Juris Vestrogothici cognitionem, quam quæ a Stjernhjelmiano hauriri potest, in universum impertitur. Ex quibus intelligitur, primum ill. Stjernhjelm codicem, quem nos sequimur, non vidisse, deinde esse hanc codicem dignum, qui sine ulla mutatione publicetur. Itaque ne illa quidem prætermittenda censemus, quæ, quamvis in codice nostro inveniantur, attamen non proprie ad Jus Vestrogothicum pertinere, perspicuum est. Cujusmodi sunt:

1:o Recentissima ignoti cujusdam adnotatio, quæ in primo codicis folio occurrit. Quam, cum ad historiam editionum illustrandam inserviat, non incommodum videtur hoc loco afferre. His autem verbis in nostro exemplari concepta est:

"1. Westgöthe Lagen.

"2. Bjärköa rättär

"1. Denne Vestgöthelag, såsom fullkomligare än Stjernhjelms edition, "ärnade Hadorphius upläggia, som ses

"af Catalago de anno 1690 och fins
"ännu denna V. G Lag med Vennasii
"hand afskrifven sub Num. 2. e).
"2. Denna Bjärköa rättz explr hafr
"Hadorph följgt i sin edition. Vid præf."

2o Prima XVI folia membranea, quæ, teste cel. Holmbergson, quattuor foliis papyraceis separata sunt a membraneo, ubi verum, ut opinor, Jus Vestrogothicum incipit. Affirmat vero laudatus Professor, hæc XVI folia conformatione litterarum similia sequentibus primo intuitu videri, sibi autem, majore adhibita attentione, non omnino improbabile visum, alius cujusdam manu illa fuisse exarata. Ex quibus adductus est ad credendum, possessorem quondam ipsius codicis hæc XVI folia nuda primum codici præfixisse, ut quæ deficerent ex aliis forte codicibus suppleri possent, dein vero, cum hæc spes eum fefellit, alia quædam notatu digna & usui temporis accommodata adnotasse. A folio autem XVII:mo incipit verus, ut opinor, Juris Vestrogothici codex, quem describere & interpretari nobis proposuimus.

---

e) Invenitur adhuc in Bibliotheca regia exemplar ex hoc codice transscriptum, quod vidit ac cum archetypo contulit Cel. Holmbergson, quodque, ut opinatur, Vennasio debetur.

Antea tamen observandum est, non posse ex hujus folii numero judicari, quam multa veri codicis Vestrogothici folia desint, cum, teste cel. Holmbergson, notæ istæ arithmeticæ manu multo recentiori, quam ipse textus, scriptæ sint.

Denique, quo melius intelligatur, qui & qualis sit codex noster, non prætereundum est, leges Bircenses ad finem esse adjunctas. Cum vero, ut supra legi potest, Hadorphius in Jure Bircensi edendo hunc secutus sit librum, eum denuo edere alienum nobis videtur. Nostrum vero codicem tali modo sequemur, ut, nulla mutatione adhibita, hoc majorum monumentum, pristina simplicitate ac veritate gratissimum, legentibus tradamus. Quod si quando eveniret, ut verborum obscuritas aut sententiarum ambiguitas impediat, quo minus pro certo possimus sensum elicere, hoc libentius profiteri, quam, ut quidam fecerunt, incognita pro cognitis habere, animus & studium erit. Ubi vero aliquid in manuscripto Gothico minus perspicuum nobis visum est, cel. Holmbergson consuluimus, qui pro singulari sua juris antiqui ac hodierni scientia summaque in nos benevolentia obscuriora nobis illustravit.

Nu skal tuir atl Ethzsre 1) häraz näimpd 2) af thy Härathe, sum giärthen var glör, vita huat ther är sant um. Nu skal Häraz höfthingi theem a thingi biltughä leggiä, ok alla theem up täljä. Sigher Häraz höfthinge sik egh theem uita up täljä, tha skal annan dagh undirtaka ok thät sannastä letä. Sithan skal han them dagh tilfara är takin är firi neimpd a thingi uptäljä, ok the han tha up täll skula byitughir vara, ok eig dyljä 3). Nu ma han eig eeth thär firi ganga, eig tolfmanna eeth, eig twätyltän eeth, eig trätyltan eeth. Hvar eeth thär firi gangär, tha böte

---

2) Hoc nomine notabantur certa quædam adversus pacem publicam vel privatam delicta. Nec ipsi in sermone latino quidquam exacte respondens invenitur. Historia legum hac de re latarum ipsiusque criminis naturam descripsit Stjernhöök in opere suo de Jure Sveonum & Gothorum vtusto. Lib. II. Part. II. Cap. 3.

3) Sic dicebantur XII viri publico nomine delecti, qui de factis præcipuis inquirerent pronuntiarentque, an a reo commissum fuisset, cujus accusabatur, delictum, nec ne. Probe distinguendi sunt a sacramentalibus, de quibus infra sermo erit, quique a reo ipso eligebantur, ut cum ipso jurarent — Majorum nostrorum Nembda idem fere fuit, ac hodie Anglorum Jury.

3) dyliâ de iis dicebatur, qui sacramentalium & suo juramento sese a crimine purgabant.

De omni edsöre Nembda ejus Hæradæ a), ubi facinus factum fuerit, quid verum sit cognoscat. Hæradshöfding b) autem in conventu publico c) eos [qui in ejusmodi culpa sunt] d) relegabit omnesque eos enumerabit. Quod si Hæradshöfding dixerit, se eos enumerare non posse, alium diem constituet & quid verum sit investigabit. Postea die constituto ad

---

a & b) Post tempora Ingialdi Svio Gothia, si rei judicialis ratio habeatur, divisa fuit in Lagmanslagsagur, quarum cuique præfuit Lagman, qui non modo Judicis sed & Legislatoris officio in suo territorio fungebatur. Quævis autem Lagsaga divisa facit in minora territoria, Härad s. Hundari dicta, quorum cuique suus præfuit Häradshöfding. Sed hoc inter Häradshöfding & Nembdam in rebus judicialibus maxime interfuit quod hæc he facto, ille de jure pronuntiaret. Nomen hujus officii potius a Höfd, i. e. caput, principium, principatus, quam a verbo Höfda, i e jurantibus verba præire, derivandum esse sensemus — Eadem regni divisio hodie quoque servatur. Legum autem rogandarum munus jam non competit Lagmannis. Plures quoque jam Hæradæ uni subsunt Häradshöfding. Vide Dissertationem Olai Rabenii de antiquis Vestrogothiæ Regiferis.

c) Ting de quovis conventu vel colloquio, præsertim publico, dicebatur. Hodie tantum de judicialibus, quæ rure celebrantur. Vide Gloss. Sviogot. auct. Joh. Ihre.

d) Parenthesi hoc modo includimus, quæ in autographo quamvis non expressa, perspicuitatis tamen caussa addenda censemus.

firi ulagh sum skils. Nu ma eig then skathan fik, vitna, sökia äller stäfna up a thän skathangyorthe, fyr än Nämpdin hawär wärt äller fält sin ethzöreno, utan han vil fara til things, ok uvenbara thät . . 4) malet, ok sithan skal malet stända quart til häraz nempdinna, gans 5) nokrom vitnum a fyr, tha äru theen ugild. Nu en Nämpdin fälltr han, tha ma han eig firrä 6) sökia thy at han är byltughär. Nu än nämpdin wär han firi ethzöreno, tha ma han sithan sökya hnät thät wär hälder saar, blothvitt äller skenä *).

---

4) vocabulum monosyllabum obscuris litteris. Apographum, quod in præf. Vennasio tribuimus, heic thär habet, cujus tamen vocis, teste cel. Holmbergson, nullum fere est in autographo vestigium.

5) gaas legendum esse suadet ipsa verborum comprehensio. Vennasius quoque gaas scripsit, quamvis gans in archetypo legatur.

6) firrä proprie adverbium temporis est, notans ante, antea. Nec tamen genio linguæ repugnat, quam in versione posuimus, significatio.

*) Loca antiquarum legum Öst-G. L. Wadam. B. 8 & 19. Eds B. conferentes colligere jure nostro posse videmur, vocum sar & skenä vim non eam fuisse, ut hoc cæsim, illud punctim fieret, sed in eo ponendam censemus, quod illud-

locum judicii se conferet eosque coram Nembda recensebit, quos autem tunc recenset, ii relegati erunt nec ipsis ordinaria sese purgandi via permittetur e). Nullo enim jurejurando neque duodecim, neque viginti quattuor, neque triginta sex virorum [ejumodi reo] hodie f) licebit se a crimine purgare. Quod si quis tale juramentum præstiterit, mulctam illiciti juramenti pendet, prout lege sancitum est. Nec priusquam Nembda pronuntiaverit, an commissum a reo fuerit edsöre, nec ne, licebit ei, qui damnum accepit, aut testes producere, aut eum, qui damnum intulit, in jus vocare eique diem dicere, nisi ad judicium ordinarium se conferre ibique caussam manifestare velit, quo facto caussa penes Nembdam Hæradæ erit. Quæ autem testimonia antea prolata fuerint, irrita erunt. Si Nembda illum (reum) sontem pronuntiaverit, tanto minus licebit eum in jus vocari, quoniam relegatus est. Sin autem Nembda eum crimine edsöre absolverit, licebit accusatori jure experiri, sive sit vulnus ferro inflictum, sive sugillatio, sive vulnus ex percussione.

---

e) Vide Not. 5) ad autagr.

f) Hodie — autographum habet nu, quam particulam non otiosam esse putamus. Hac enim indicari videtur, alium isto tempore, quo hoc scribebatur, observandum fuisse procedendi modum, ac iis temporibus, ubi de delicto edsöre lex nondum lata & sancita esset.

Swa ok thän giärthena gör, ſitthan nämpdin hauer vart han ſiri ethzöreno, dyli mz ethe äptir Lanzlaghum. Nu alt the maall ſum Konongr ethzöre äru, ſkulu ſtitas mz luctri häraznämpdinnä, oc härazhöfthingt höfthe ethen ſyälu. Nu ma een man hemſokn görä ok ethzöre brytä, än fyrrä matte eig en man hemſokn görä eller ethzöre brytä, än ethzöret gafs 7). Nu ma eig konä ethzöre brytä, thy at hon ma eig byſtughä farä. Nu ma eig owermagher ethzöre brytä: kläris thät til hans, tha ſkal nämd ſwärjä han varä 8) 2 femtan naerä 9) gamblan. Nu ma thräl eig

instrumentis per se letalibus, hoc aliis inſtrumentis inferretur, utrumque autem ruptam cutem atque ſanguinem effuſum notaſſe. Credimus igitur hæc vocabula oppoſita fuiſſe τῶ Blodhwite, in quo neque cutis ruptura neque ſanguinis effuſio appareret: ex quibus efficitur, ut vox blodhhwite cognata fuerit vocabulo blåna d.. Cfr. L. L. Eds. B. Cap. I.

7) Ex hisce verisimile videtur, hæc non multo post tempora Regis Birgeri scripta fuisse. Is enim legis de crimine edsöre auctor fuit, nec ante illius tempora hæc denominatio cognita.

8) Notæ hæ arithmeticæ, in margine positæ, ubique significant initium novi folii in autographo.

9) Autographum habet äarä.

Atque etiam reus, postquam Nembda eum crimine edsöre absolvit, juramento secundum jus provinciæ commune g), sese defendat. Omnes vero lites quæ intenduntur ob Konungs edsöre h), lata sententia Nembdæ Hæradæ finientur & Hæradshöfding verba jurantibus ipse præito Hodie crimina hemsokn & edsöre a viro committi possunt ; sed ante promulgatam de hoc crimine legem, ne vir quidem hæc delicta committere potuit i). Feminam vero crimine edsöre condemnari non licet, quoniam relegari non potest. Nec impuber hoc crimine arcessi potest. Quod si hoc delicto accusatur, Nembda jurabit, eum quindecim annos complevisse. Nec servus crimine edsöre damnabitur, quia relegari non potest. Si relegari posset, libenter hoc scelere sese adstringeret, ut relegaretur — — k). Si delictum edsöre commiserit, XL

---

g) Landslag (landets, landskapets lag) ante tempora Regis Christophori non significabat nisi quodcunque jus provinciale.

h) Konungs edsöre non differt ab edsöre. Ipsum enim edsöre significat jusjurandum regium violatum,

i) Vide Not. 7) ad textum Gothicum.

k & m) His lineolis indicatum volumus, quædam incuria forte scribarum interposita fuisse.

ethzöre brytä, thy at han ma eig biltugha farä. Vare thät swa at han matte bytughär farä, tha brutt han gärnä ethzöret, ther til at han matte byltugher värä. Nu än han kan ethzöret brytä 10), tha thet är XL marker sak; at sälja frälsan man thät är XL marker sak; at dräpä fridhelghän man firi all nithingsvärk, utan the man skal rymä firi, III. IX. marker firi gyärth ok III. IX. marker firi nithingsvärk, takär II. IX. marker sakfökä ok II. IX marker Kononger, ok II. IX marker häräth. All ethzöre skal swa skiptä, först skal husfru lot af görä ok III. marker, en er ubrutligh, sithan skal i thry skiptä, taker en lot malseghandi, annan härath, ok thrythiä kononger. tha skal thän trälin a bötä attä orthughär ok XIII. marker, tha än bonden vil eig böta firi han a fyurum 11) laghä thingum, ok a fyurum laghä stefnum, tha skal thrälin uphängiä wither garzlidh-

---

10 Hæc minus cohærere videntur cum proxime sequentibus usque ad verba: "tha skal then thrälin a" &c. Unde colligere fas est, incuria scribarum ista interposita fuisse.

11) fiurum s. fyurum melius videtur.

marchis mulctabitur. Qui ingenuum vendit, XL marchis mulctabitur. Sacram vero personam interficere, omni nidingsverk l) gravius est, exceptis iis, ob quæ in exilium est proficiscendum. Mulcta autem (erit) ter novem marchæ pro facinore & ter novem pro nidingsverk, quarum actor accipiet bis novem marchas, rex bis novem & Hærada bis novem. Omnes mulctæ criminis edsöre hoc modo dispertientur: primum pars uxoris detrahetur & præterea tres marchæ, si modo ipsa innocens fuerit; residuum in tres partes dividetur, quarum accusator, Hærada & rex accipiet pro se quisque unam — — m). Qui vero servum possidet, octo ortughis n) & tredecim marchis mulctabitur. Quod si dominus mulctam pro eo solvere noluerit, intra quattuor judicia legitima & post quattuor legitimas citationes, servus suspendetur contra portam, per quam in aream domus intratur, quam possidet dominus. Si qui in agris dividendis concordes sint & postea alter ab altero vel interficiatur, vel ferro aut percussione

---

1) Quid crimen nidingsverk cum edsöre commune habeat, vel quomodo hæc cum antecedentibus & sequentibus cohæreant, nobis non perspicuum esse fatemur.

n) Marcha VIII oris constabat, & ora tribus ortughis, unde VIII orthugos tricntem marchæ fuisse perspicuum est.

ſum han aa. Sättis män um jorthä ſkipti, faar nokor therrä af andrum ſithän draap, ſar äller ſkeno äller blothviti, thär är eig brutit ethzoret. thettä lyſti ok konong Byrghir *), at huilken man ſlar til blamä 12) äller til bloz, äller dräper ſin husbondä, huat han är hälder leghuman äller troguin man, tha hauer han brutit ethöret.

Fäſtir 13) nokor kono äller mö manne, thän ſum eig är rättir giptir man böte III. marker firi fäſtningä raan, theem ſum fäſtninga male ränter är, eig ma ingin fästä äller giuä utan hännär ja äller viljä, eig ma ok änkin fästä äller firi gipt hännär ſkiljä, utan rätter giftar man äller then hans lof hafuer fangit. Huar ſum fäſter mö äller änkin, äller firi gipt ſkil, utan rät gif-

*) Hoc loco non incommodum videtur erratum illud typographicum corrigere quod in pag. 12. not. 7. occurrit. Heic enim legitur Regis Birgeri, sed esse debet Ducis vel Jarli Birgeri, cui Regis Birgeri avus mortuus est anno MCCLXVI.

12) Autographum habet blamä vel blawä.

13) Grandioribus litteris hoc vocabulum in autographo scriptum est & quidem F colorato.

vulneretur aut sugilletur, hoc delictum non edsöre habendum est. Hanc quoque legem promulgavit Rex Birgerus, ut quicunque alteri plagam lividam aut cruentam infligeret vel patremfamilias interficeret, is crimine edsöre condemnaretur, sive mercenarius esset sive libertinus o).

Si quis, qui jus collocandi non habet, mulierem aut virginem viro desponderit, trium marcharum mulctam pro injusta desponsatione pendet ei; quem jure virginem collocandi privaverit. Nemini licebit aliquam, sine ipsius assensione & voluntate, despondere aut in potestatem maris dare. Nec licet viduam despondere, aut munus ejus nuptiale stipulari nisi ei, qui jus habet eam collocandi aut qui hujus veniam accepit. Si quis virginem aut viduam desponderit vel donum ejus nuptiale stipulatus fuerit, sine assensu & voluntate legitimi sponsoris, huic mulctam pendet XL marcharum propter doni nuptialis stipulationem & trium marcharum propter desponsationem injustam. Pater,

---

o) Utrum libertinus, an ingenuus, qui ultro sese cum bonis suis in alterius contulisset potestatem, hoc nomine trogivin indicetur, id pro certo adfirmare non possumus. Confer Calonii Dissertat. de prisco in patria servorum jure. Part. I. §. 4.

Stärmanz jaa ok viljä, tha böte firi gift XL, marker ok III marker firi fäst rättom giptär manne. sum 14) father är giftär man dottor sinnä, än han liuande är. Är eig father til, tha skal then äldste oc skildäste mather a fäthärne giftärmalum rathä, än han hittis innan fämtä man, then skilder är komomne. Är ingin innan fämtä man komonne skylder a fäthärnit, ek hittis skyldärä a mothernit, tha skal han giftermalum rathä 15) at skuldä fämte mather giftärmalum ratha, tha matte han bathe kono bythiä ok firi gift skiliä. Hauär konä brother äller bröllonge; äller fränder flere äller siere 16), the sum firi giftärmalum agho ratha, sum fyr är sakth, tha skal ee thän älsti af them skildästu giftermalum ratha oc vingiäf taka. Eig ma ovormaght giftärmalum rathä, eller vingiäf takä, än tho at han skyldäster se ok arf taki. Äru sunder collä brother kono gif-

---

14) Sum, pron. rel. hoc loco superfluum videtur.

15) Thy heic omissum videtur. Thy at significat quia, namque.

16) Incertum, utrum in autographo fiere an fære legendum sit. Prioris significatio nobis ignota.

si vivit, solus habet jus filiam suam collocandi. Si pater mortuus est, agnatorum maximus natu & proximus jus habebit eam in matrimonium locandi, si quis inveniatur, qui intra quintum gradum propinquus est mulieris. Si de genere paterno nemo sit intra quintum propinquitatis gradum mulieri conjunctus, sed materna cognatione quidam conjunctior sit, penes hunc erit collocandi potestas. Namque si locandi potestas penes quarti gradus propinquum foret, [inde hoc absurdi sequeretur, ut] qui feminam sibi dandam peteret, idem [& eam collocaret &] donum nuptiale stipularetur. Si mulier habeat fratrem aut patruelem aut propinquos plures vel pauciores, qui, ut supra dictum est, sponsores esse possunt, jus pronubum erit penes maximum natu eorum, qui proximi sunt, isque donum vingiäf dictum p) accipito. Impuber autem jus pronubum non habebit nec vingiäf accipiet, quamvis sit cognatione proximus jusque hereditatis habeat. Si fratres, qui alterutrum tantummodo parentem cum sorore communem habent, inter sponsores sint, maximus semper natu fratrum paterni generis jus habebit sororem collocandi, sive patrem ille tantum, sive

---

p) Vingiäf proprie significat donum amico vel ab amico datum, hoc autem loco donum, quod in sponsalibus sponsæ cognatis dabatur.

tärmän, tha ſkal ee then äldſti brother a fäthernit giftärmalum ratha, huat han är hälder ſynder colli äller ſamcollä. Giptäs frälsgiuä, rathä then ſkyldaſtä af thecm hana i ät tok nz ſik, giftärmalum hämmär, än eig linär thän ſamt i ät tok hana, giptis anbot rathe thän giptärmalum ſum hanä aghär.

Um 17) nokor vil annan til ſuar ſtefnä. Ingin ägher dömä utan ſvar af rättom Swarandä, utän um ſärlik mall, ſum ljuslikä ſtandä utſkrivin i Laghbook varrä. Nu var ſum vil annan til ſvar ſtemnä, tha ſtemni han aa thingi älter aa allhelghum dage firi ſokn, tha är laghſtemt. Komber ſtämder til ſvar, vinne thän thärrä rät hauer oc Lagh nz haldä. Komber eig laghſtemder til ſuar aa fyſtä 18) Landzthingi adra äller thrithiu, hauär thän ſtämdi thinx mannä vitu therrä tha aa Landzthingi varo, at han var a allum threim thingum nz atalu ſinni, tha aghär Laghman utan ſvar fäldän dömä, ſum Lagh ſighiä,

17) U grande & coloratum in archetypo.
18) fyrstà sine dubio rectius est.

utrumque parentem cum sorore communem habeat. Si liberta conjugium velit inire, sponsor erit, qui propinquitate proximus est ei, qui eam in familiam suam adoptaverit, nisi hic, qui eam adoptaverit, vivit. Si serva nubere cupit, sponsor erit, qui eam possidet.

Si quis velit alterum ad caussam dicendam citare [hoc jus esto]: Non licebit sententiam ferre, priusquam reus caussam dixerit, nisi de peculiaribus caussis, quæ in codice nostro luculenter perscriptæ sunt. Cum vero aliquis vult alterum ad caussam dicendam citare, huic diem dicat in conventu judiciali aut in festo omnium sanctorum coram parœcia; tunc legitima est citatio. Si citatus ad caussam dicendam venerit, is, cujus caussa justa est & cui leges favent, superior discedat. Quod si is, qui legitime citatus fuerit, ad primum, secundum vel tertium conventum provincialem non venerit, & is, qui ipsum in jus citaverit, possit proferre testimonia virorum, qui tunc in conventu judiciali fuerunt, se in his tribus judiciis comparuisse nec litem neglexisse; Lagmannus, ut in lege sancitum est, reum, quamvis caussam non dixerit, damnabit omnibus iis [criminibus], quibus accusatus fuerit in ultimo conventu judiciali, ad quem citatus erat. [Hanc sententiam tunc demum ferat ju-

at allu tht *) sum atalan ek akallan fyst stod a thingi, ok han stemdis, an laghlika steint var, ok atalan, sum fyr ar sakt, ok stände thän domber fwa skilder sum svärande skälfner bithvare. Ar eig then stemdi inz na talu sinne a allum thrim thingum, tha ar onyt stämmä hans, Sigher nokor sik ej laghlika stämdär varä, äller laghlika forfal fwa at han gat eig til svarä komit. Bärä thingrman ujaflik vitnt, äller ok Soknemän 19), the a Allhelghum daghe at kirkiu varä, tha ar laghstemt. Bärä the vitne ok tho jaflik, witt inz tylftär ethe, ok tuäggiä bolfastämannä vitnum, the tha a thingi varo, äller ok at kirkiu, at han stemdi laghlikä tha, tha ar ok lagstemt. Bärä thingsmän ok Soknemän jaflik vitne ok ymislik ok gita eig eth gangit, tha ar eig laghstemt. Nu ägher at lagha stemmum lagha forfall firt standä

*) Hic locus quandam obscuritatem habet in apographo cel. Professoris Holmbergson, ita ut pro certo dici non possit, utrum thisum i e. Dativ. Plur. Pron. Demonstr., an thi sum (rectius thy sum) i. e. ea quæ, legendum sit. Posterius autem nobis probabilius videtur.

19) Archetypon habet soknæmæm.

dex], si citatio legitima fuerit nec caussa neglecta, ut prius dictum est. Lata autem sententia ita firma manebit, quasi reus ipse adfuisset. — Si is, qui [alterum] in jus citaverit, non ad omnia tria judicia veniat, ut actionem intendat, irrita erit citatio. Si quis dixerit, se legitime non esse citatum vel etiam legitima [habuisse] impedimenta, ita ut non potuerit se ad caussam dicendam sistere; citatio [tamen] est legitima, si modo ii, qui tum in loco judicii fuerunt, vel etiam paroeciani, qui festo omnium sanctorum in templo fuerunt, testimonia haud dubia perhibeant. Si testimonia illi quidem, sed dubia perhibent; jurejurando duodecim virorum duorumque testimonio virorum, qui rem familiarem habent & tunc in conventu judiciali vel in templo fuerunt, adfirmet, se legitime citasse, [quod si præstiterit], justa habeatur citatio. Si ii, qui in conventibus judicialibus fuerunt, vel paroeciani testimonia dederint dubia ac diversa nec jusjurandum præstare potuerint, citatio non est legitima. Citationi autem legitimæ opponi possunt impedimenta legitima, si talia reperiantur. Primum est impedimentum si citatus ægrotat, ita ut non potuerit ad caussam dicendam venire. Secundum [si in] expeditionem militarem ad patriam defendendam [profectus est].

än the till ärn. fyſtä än han ſuker ligger, ſwa at han giter eig till ſwara komit. Annat är härfärth Land at värjä. thrithia än konunger hauer hanum bodh ſänt. Fyartha än han utanrikis är. Hwar ſum giter forfall ſik af theſſum, mz tylftar ethe, wäri thät ſuklöſt firi ſtemmu, ſkuldi eig ſtemder till ſwars komä, tha fingi eig ſpaknämnt rät af widthärlikum, ok än ſither af ofäfli ſino 20). Wil nokor annän til ſwar ſtemmä, annatthwäggiä til fiärthungx 21) thingx, äller häradzthingx, tha ſtemmi hanum firi Räffingä thing 22). Um hoſt äller är mather ſtemdär til ſwar um varthing ok komber eig fyr luctär thinget haftär, wäri frithlös wither all Härädet til han til ſwara

---

20) Hæc phrasis obscura est: än sither, multo minus; oäfli, vis major, fatale damnum, quod consilio humano nec provideri, nec vitari potest. WGL. Rätl. B. fl. g. §. 3.

21) Probabile videtur, singulas Hæradas in quattuor minora territoria divisas fuisse, quorum cuique suus præfuit Fjerdingshöfding. Unde hodiernum Fierdingsman. Vide Stjernhöök, l. c. pag. 29.

22) Horum conventuum rationem ignoramus. Nobis non videtur verisimile, Räfsinga thing idem fuisse ac Räfsta thing, s. judicium Regis inquisitorium.

Tertium, si Rex aliquid gerendum ei denuntiaverit. Quartum si extra regnum q) versatur. Qui ejusmodi impedimentorum quoddam se [habuisse] jurejurando duodecim virorum [probare] potest, nihil ipse incommodi inde sentiat, quod citationi non paruerit. Quod si cui in jus vocato liceret in judicio respondendi caussa non comparere, cives boni & tranquilli jus suum contra æquales [æque potentes] obtinere non possent, multo minus contra oppressores præpotentes r). Si quis velit alterum ad caussam in foro aut tetradis aut Hæradæ dicendam citare, huic diem dicat coram Räfsinga thing, tempore auctumnali. Si quis ad conventum judicalem vernum citatus non ante comparuerit, quam conventus ille fuerit peractus, pacis publicæ expers esto per totam Hæradam, usque dum ad caussam dicendam advenerit. Si quis ad conventum auctumnalem citatus fuerit, idem quo-

---

q) Fortasse hoc loco Vestrogothia tantummodo intelligitur. Confer Lagerbring, Sv. R. Hist. Del. 2. pag. 599.

r) In pag. 24. not. 20. diximus, hanc phrasin esse obscuram; majore autem adhibita attentione, reperimus, eam verti posse. — Ofäfli ab afl, vis, robur, & part. intens. of (öfver), proprie significat öfvervåld, & per metonymiam (effectus pro caussa) våldsverkare, violator. Vide Ihre, Gloss. Sviog. Tom. Post. p. 276.

komber 23). Stemnis ok nokrom firi host thing, wärt lagh samu. | Engin stemdär aghär ok a nokrom thingum til svar komä, utan aa Lanz-thingi äller Wärthingum äller höstthingum sum fyr är sakt.

Allär byär bygningr, lith, garthar, broer, tyäldrubruth aa yrkur *) aa slator y hald fjär akar naam 24). Intaket fä a garthälöso skal nämdamather iuir alt sit skiri 25) fraimsighiä, i framsägn sinni ok värjä äller fellä. Eig agher ok han nokrä flere sakär framsighiä, utan han vili 26) älligbis **) all annur kiäromaal the

---

23) Um - - - Komber. Difficilis hic locus est intellectu. Si, paucis mutatis, pro host legeretur höst, verba Um host ad periodum proxime præcedentem referrentur &, excluso vocabulo äller, pro haftär legeretur haft är; sensus foret is, quem dedimus. Manet tamen aliqua obscuritas.

*) Hodie dicimus åverkan.

24) Hoc punctum sine dubio in comma mutandum est.

25) Skiri, ni fallor, territorium significat.

26) Contextus hoc loco punctum requirere videtur.

**) Hodie dicimus eljest, i. e. præterea, alioquin.

que jus esto. Nec ullo citato licebit in conventu quodam caussam dicere, nisi in judicio aut provinciali, aut verno, aut auctumnali, ut jam dictum est s).

De omni pagorum ædificatioue, de portis, sæpimentis, pontibus, limitum violationibus, operationibus in fundo alieno [usurpationibus], fœnisecio in prato alieno, pecorum pastu, jumenti in agro captura, inclusione pecoris capti in agro non censæpto t), [de his omnibus] Nemdarius in suo territorio proloquetur & in proloquendo reum aut sontem aut insontem pronuntiabit. Alias autem caussas Nemdarii non est dirimere, nisi hoc ei [reo] placuerit. Omnes præterea aliæ caussæ, quæ ad Nembdam pertinent, dirimentur in eo loco, ubi facinus commissum fuerit, sive

---

s) Hoc loco conventus provinciales opponuntur vernis & auctumnalibus. Eadem supra videtur esse oppositio inter Räfsingating, Häradsting & Fjerdingsting. Unde fortasse conjicere licet, Räfsingating & Lagmansting ſ. Landsting ſynonyma fuisse, Häradsting autem & Fierdingsting, non nisi vere & auctumno habita. — Quo ea, quæ diximus pag. 24. not. 32. melius intelligantur, confer Botin, Beskrifning om Svenska hemman och jordagods. Stockh. 1755. Del. 1. p. 29.

t) Vel ob ſæpem non satis obstructam.

til nämd aghu at liggiä, skulu värjäs äller fälläs, thär giärth giorthis, huat thät ligger til fjärthungnämd äller häräth. Bryter ok nokor the bruth sum han agher mz laghum vizerth hauä sic at at haua *), takt vitni thär han bröt ok värt firi sinum garthi. theem han tha i bothe äller länxtä värä hans var än han eig beändis är, thär skal ok han firi al brut böte Konunge ok häräthe, naar ok hvar hanum sak gifs.

Viljä 27) män lotä ok lagskiptä sin i mellin, tha skal endagh til takaz, ok jampkyrnismannum 28) buth sändä. Ther skulu therä i mellin jampnä ok hovoth lotä läggiä ok huar sins lästum äptir svärjä, at theer eig rättäre vita äller jämpnäre kunnu therrä mellin skiptä. Sithan skal lot i liggiä ok Gud domare varä. Nyutä hvär thes hanum lotär tilfalder. Eig maghu hovothloter ryväs sithan sva giort är. Skil them

---

*) Sensus hoc loco perspicuus est, quamvis verba quædam obscura.

27) V grande & coloratum in autographo.

28) De hoc vocabulo vide Ihre, Gloss. Sviog. Art, Kora,

ad tetradis, sive ad Hæradæ Nembdam pertineant u). Si quis ejusmodi delicti accusatur, [a quo sese purgare suo & sacramentalium jurejurando ipsi competit] x), testes sibi proferat, ubi factum [arguitur] commissum [esse] & ante domum suam, ubi tunc habitat, vel, si proprium non habet domicilium, ubi diutissime versatus est, se a crimine purget. Ibi etiam omnium criminum mulctas Regi & Hæradæ pendet, quocunque tempore & loco actio in eum intenta fuerit.

Si qui voluerint [bona] sortiri ac inter se legitime dividere, certum diem constituent arbitrosque ad se venire jubebunt. Hi autem inter eos [partes] æquabunt & portiones principales facient, & pro se quisque jusjurandum conceptis verbis præstabit, se non rectius scire nec æquius inter eos dividere posse.

---

u) Nemdarii de solo facto, non de jure pronunciabant. Itaque caussam dirimere hoc loco nihil aliud significat, quam caussam cognoscere reumque sontem aut insontem judicare.

x) Talem obscuræ hujus periodi sensum postulant sequentia. Si quis in flagranti crimine deprehensus esset; actori licuit cum testibus & sacramentalibus jurare. Sin autem deessent actori testes non ipsi competiit jusjurandum, sed aut reo, uti heic dicitur, aut Nembdæ. Cfr. L. L. Tjuf. B. Cap. V. VI. VII. VIII. IX. X. &c. Ting. B. C. IX.

aa ſithan, haui then vald ok vizorth laghfangit
vil vitä mz tuänni tyltom ok tvänni vitnum jamp-
kyrnismannä, the vith varo, tha ther lagſkipta ſin
imellin, vithi ſ. ſ. G. h. ok v. ſ. 29) at han
fik mz lot ok lagha ſkiptä, ok thy agher jak, ok
6 thu eig 30). | Är noker therrä mishaldin i ſkipti
ſinu ok talar aa innan näſtu thry aar, tha ſkuli
än jämpkyrnismän thet therrä i mellin jämpnä
mz vitzorthom, ok eig hovothloter atär ganga,
mäthan lagha loter i kom. talas eig ä innän thry
är 31) the näſto ſithän theer ſkiptin ſin i mel-
lin, aghe tha huar ſinn fangit hauer ok värt mz
tvänni tyltom ok tvem vitnum, at han fik mz
lot ok lagha ſkipti ok ſithän häft ok häfthät thry

---

29) Hæ litteræ significant: swa sär Gudh holl ok vattum sinum. W G L. Jord. B. Fl. IV.

30) W G L. l. c. habet: ok jak a, ok thu ikke wättä i, i. e. ego possideo, tu autem nil in eo. Alio modo, sed male, hic locus a Loccenio explicatur. In Scania etiam hodie dicitur: litet witta, atque, ut nos docuit cel. Holmbergson in Angermannia, lite wättä, i. e. paululum.

31) Aar legendum videtur.

Quo facto, sortes dejicientur & Deus arbiter erit. Quod cuique sorte obtigit, id quisque teneat. Nec rescindantur umquam, re tali modo peracta, partes principales. Quod si postea lis inter eos oriatur, potestatem & jus probandi habeto is, qui ratam facere [sortitionem] vult jurejurando viginti quattuor virorum atque testimonio duorum arbitrorum, qui adfuerunt, cum inter se legitime [bona] dividerent. Precabitur [autem] ita Deum sibi & testibus suis propitium fore, ut accepit sorte ac legitima partitione, [hac quoque formula addita:] & hanc ob caussam ego possideo, non tu. Si quis eorum in partitione injuriam passus est & intra tres annos proximos litem movet, arbitri plena auctoritate [sortes] æquanto. Nec rescindantur partes principales, siquidem sortitio legitime facta fuerit. Si nulla [ob partitionem] lis mota fuerit intra tres annos proximos post factam inter eos divisionem; quod cuique sorte obtigit, id quisque teneat, & probet jurejurando viginti quattuor virorum duobusque testibus, [se hereditatem] sorte ac legitima partitione accepisse, eamque postea per tres annos vel ultra tres, sine lite & controversia, ut lex jubet, possedisse ac usurpasse, Et eapropter ego possideo, non tu. Si qui in hereditate herciscunda concordent, nulla adhibita sortitione & partitione legali, atque tres annos vel diutius irreprehensa [hæc partitio] manserit, nec ul-

är äller thrim länger oilt 32) ok klandät 33) sum lagh sighiä, ok thy agher jak ok thu eig. Nu kunnu theer arf sin i mellin skiptä mz sämju ok eig mz lot ok lagha skipti, standär thet all thry aar ok thrim länger okyårt, ok utan laghu atalu therrä mellum, våre laghfangen hvarjum sin lotär sum han mz sämju i skipti fik. Taler nokor therrä laghlikä aa innän nästo thry aar, vări skipti therrä i mellum ogilt, ok bärt hvar therrä ater sva mykit, oc sva got sum han fik i skipti sinu mz sornom ethe, hvat thet är jorth äller lösä päntugä. Faar nokor i skipti sino

---

32) In præf. nostra pag. 4. diximus, vocabulum quoddam interdum ab illustr. Stjernhjelm commutatum fuisse, & exempli loco attulimus vocem Umfärd a Stjernhjelm in Winfärd commutatam. Hoc loco novum sese offert exemplum licentiæ vel incuriæ, quam sibi permisit vir alioquin integerrimus & sagacissimus. Nam pro uilt Stjernhjelm legit & scripsit wilt. W G L. Jord. B. F. IV. & Ordelist. pag. 112. — Hoc etiam Stjernhjelm & Loccenius male explicant, dicentes id significare quiete, quasi a hvila derivaretur. Primitivum ejus est Ill, malus. Vide Ihre Gloss. Sviog.

33) Oklandät sine dubio legendum est.

la ab utrovis eorum mota [de hac re] controversia fuerit; pars, quam quisque, ceteris concordantibus, accepit, legitime adquisita esto. Si quis intra tres annos proximos ob partitionem litem moveat, partitio irrita erit. Qualis autem quantaque pars cuique in partiendo obtigerit, eam quisque, dato jurejurando, restituito, sive sit fundus, sive res mobilis. Si quis aut terram aut res mobiles evictioni obnoxias *) in partitione acceperit, nec avertere potuerit evictionem; hoc damnum patiatur unusquisque eorum, qui [bona] inter se diviserant, non vero is solus, qui res vitiosas in partiendo acceperit, nullo habito respectu ad longitudinem temporis post factam partitionem præterlapsi. Si tres annos vel ultra tres possederit, nec denuo pars cujusquam venerit hereditate, ante motam controversiam; is [possessor] habeto jus probandi, has res sibi a agnatis vel cognatis hereditate esse relictas **). Si vir aut fœmina, hereditatem, cui adjuncta

---

*) De vera vocabuli Hemul significatione vide dissertationem cel. Professoris Joh. Holmbergson, de jure in re per contractus adquirendo.

**) Certe in autographo heic quædam verba deficiunt, quæ quomodo suppleantur, ipsi judicent peritiores lectores.

ohemelt jorth äller löse päningä ok giter eig
mz laghum vart, thät skal aldrä therrä skathi va-
rä, sum samanskyptu, ok eig hans ens samins
thät i skipti fik, ee huro lengi skipt stander. Ha-
ver thry aar äller thrim lenger utan nokors ther-
rä loter se främlethis ärffallin fyr än ataläthis,
stande tha hanum firi ärfthä vitu fäthernis äller
möthernis. Takor mather eller konä ärf thän
manböter fylghir, äru then oskyld theem dräpnä,
take them arf, sum mz laghum aghär at havä ok
manbötränä gangä ater i ät thäs dräpnä, theem
sum hanum är skyldäster, hvat thaar varo fyrrä
fästär | äller ofästär, ok äller återböter sinä, thy 7
at ej ma oskyldär man böter äruä firi skyldän *).

*) Fuit hic mos majorum, ut quisque mortem propinqui ul-
cisceretur. Interdum autem licebat interfectori metum mor-
tis, mulcta solvenda, redimere. Et hæc mulcta vocabatur
ognärbot. Mulcta vero, quam pendere debebant agnati
cognatique interfectoris, quæque accepta per totam occisi
familiam dividebatur, vocata fuit ättarbot. W G L.
Tingm. B. Fl. XV. Mand. B. passim. Stjernhöök de ju-

est mulcta homicidii, obtineant nec sint cum interfecto cognatione conjuncti, ii hereditatem capiunto, quibus lege permissum est, mulctæ vero homicidii ad familiam interfecti redeunto & quidem ad eum, qui occiso propinquitate proximus est, sive mulctæ antea fuerint stipulatæ, sive non: omnisque mulcta cædis ad familiam occisi pertinens *). Neque enim non cognatus debet loco cognati pecuniam, qua quis mulctatus est, hereditate accipere. Quod si quis alterum occiderit & ante mortuus fuerit, quam mulctam solvit, mulctam præstare ejus erit, cui venit hereditas ab interfectore, usque dum mulcta soluta est, sive sit fœmina, sive vir, ad quotcunque hereditas successive perveniat, sive minor portio sive major [heredi] obtigerit. Si vir aut fœmina fundum plene proprium y) hereditate acceptum, aquam [flumen, stagnum, lacum]

---

*) Vide notam proxime præcendentem.

y) Othol, odol, odal non bene redditur Avitus. Nostro enim judicio derivatur ab od, possessio & all, omnis, & significat quod perfecto jure possidetur. Ex quo Allodium, allodialis. Antiqui Sveciæ rustici habuerunt plenum dominium fundorum suorum. Ex quo etiam Odalbönder nominati sunt. Conf. Ihre, Gloss. Sviog. Tom. Post. Pag. 270. Botin, l. c. pag. 15, seq.

Nu hvar sum annan dräper, dör fyr än han böt haudr, thän skal botum värthä draparans arf taker, til thes böt är, huat that är komä äller mather, ee i huro margher ärfthir thät kombär, huat han ok minnä ärnär äller merä. Wil mather äller komä arftakna otholzjorth sinä säljä othol vatn äller othol vatnvärk, the ok ärftakin äro, tha skal thän säljä vil arfvum sinum laghbuthä a Lanzthingi, häräth, äller fyärthunx, thaghar enum af arvin laghbuthit är, tha är allum them, huat arvär äru flere äller färre, synätting skal firi aruä gorä slikum han vil, ok eig inhaldä orät laghlikä bythiä han til things komä, af thingi manäthä dagh tillägyiä, at kö-

re Sveonum vetusto, pag 352. Ihre, Gloss. Sviog. — Mira hac in re, ut in multis aliis, est similitudo inter veterum Germanorum ac majorum nostrorum mores. Tacitus de mor. Germ. Suscipere, inquit, tam inimicitias seu patris, seu propinqui, quam amicitias necesse est. Nec inplacabiles durant, luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem universa domus.

plene propriam aut molam aquariam vel aliam quamcumque machinam aquariam pleno jure possessam & hereditate acceptam vendere velit, is, qui vendere cupit, in conventu provinciali, Hæradæ aut tetradis rem heredibus suis legitime offerto. Cum uni heredum res legitime oblata est, omnibus [legitime oblata censebitur], sive heredes sint plures sive pauciores. Concilium vero synætting *) dictum coram heredibus instituet, quandocunque velit; nihil autem injustitia detineat Legitime jubeat eos ad conventum venire, in conventu mensis diem constituat [h. e. terminum 30 dierum], quo emant terram propriam hereditariam aquam aut molam aquariam, quam dominus vendere cupit Omnium heredum, qui constituto mensis die conveniunt, suam quisque portionem redimat Si non omnes conveniunt, ei, qui adest, redimere liceat, eaque ejus esto. Si nemo eorum die constituto adfuerit pretiumque secundum æstimationem in conventu factam solverit, dominus cui velit, terram vendat, quæ emtio rata erit. Qui terram legitime heredibus offert & vendere cupit, pretium æstimatum in conventu indicabit. Non licebit venditori minoris vendere, quam in conventu æstimatum fuerit, si heres [terram] redimere velit. Quod si heres dixerit, em-

*) Hujus vocabuli explicationem fortasse in posterum dabimus.

på arftakna otholjorth, vatn ok othol vatnvärk, sum eghande sälja vil, äller äruer the a manäths dagh komä, löse hvar ärfte lot. Komä eig äller löse arue them sum komber ok vari hans. Komber ingin therrä a manäthädag til taknum, oc lösir sum a thingi mätänz orth akom, tha säli sithan them han vil, ok värt gillt them köp, thän laghbiuther ok jorth vil säljä, skal mätanz orth a thingi framsighiä. Eig ma han af nokrum minnä takä än sva sum mätans orth af thingi a kom, än aruy vil lösä. Nu än arui sighär thän for minnä köpt hana, sum köpte, än a thingi mätit var, oc hin for minnä salt hanä sum saldi, äller ok thän salde sighir sik for minnä salt hava, tha hvat heller är, aghe than vald ok värn ok vitzorth mz köpefesti ok umfärth fangit havär, värjä mz tvänni tyltom oc tvänni vitnum, tvem them varthä | the värtheno ok tvem them vith va- 8
ro är värth ut galz. B. s. s. G. h. oc vattum sinum, at han sik tha torth. vatn äller vatn värth 37) mz fäst ok umfärth fore fä ok fullä

37) Vattnvärk legendum est, quamvis in Archetypo sit vatn värth.

torem minoris emisse, quam in conventu æstimatum erat, & venditorem minoris vendidisse, vel si ipse venditor dixerit se minoris vendidisse; quidquid horum [dictum] fuit, qui emtione, confirmatione junctis dextris facta, & [solemni traditione] umfärd z) [dicta] terram accepit, potestatem habeto defensionis probandique per jusjurandum viginti quattuor virorum, duorum testium, duorum scilicet, qui pretium constituerunt idque justum esse spoponderuut, & [iterum] duorum, qui adfuerunt, cum pretium persolutum fuit. Precabitur ita deum sibi & testibus suis propitium fore, ut illam terram, aquam aut illam machinam aquariam solemni emtione & circuitione [umfärd] accepit, data merce & integra pecuniæ summa, secundum æstimationem in conventu factam, non vero mi-

---

2) Hoc vocabulum, ut jam pag. 4. observavimus, male a Stjernhjelm lectum & explicatum est. In eundem errorem inciderunt clarissimi viri, Ihre & Loccenius. Sed, quod mirum, vera hujus vocis explicatio invenitur in W G L. Jord. B. F. II. §. 1. allum them är Jord ägha i By skal gangä vm akrä ok Ängiar, ok swa aptär a Topt sidhän, i. e. Omnes, qui fundum in pago possident, agros, prata & postea aream ipsius domus circumeunto. Hic actus vocabatur umfärd, quod vocabulum compositum est a præpos. um vel om, i. e. circum, & nom. subst. färd, i. e. iter.

örä, äptir thy fyst mätit var a thingi, ek eig för minnä. Gitär han lagh gangit, stande sum giort är, gttär han eig, tha skal arni lösä thän vill af nästä Lanzthingi manäthä dagh taka, halvä jorth köpä, lösä mz sornom ethe för sva värth sum finz mz skällikum vitnum, at hin utgalt sum köpte. Lösär han eig sum sakt är, tha komber han eig sithan lösnom vithär, utan aghe thän köpt hauer. Köper nokor iorth, vatn äller vatu värk, ok är eig laghbuthlt, thän sum lösä aghär, lose innän thry aar förrä lagha häfth a kombär, fore sva värth sum annar köpte. Lösär eig then lösä aghär innän thry aar, aghe thän sum köpte, thy at han tha mz laghum fangit hauär, utän then lösä attä haue lagha forfal, thättä at han utan Kononx Riki är, sva at ingin inrikis jämpskillär, at lösä tho 38) innän nästo thry aar, sithän han inkombär. Löser eig jamskildär then inrikis är a lagha stempnudagh, tha faar han eig vitu til ater at lösä, sithän han inkomber.

---

38) "At lösa tho" locutio obscura, cui sensum quasi obtrudere coacti sumus, quem vero aliis legibus magis perspicuis analogum putamus.

nori. Si jusjurandum præstiterit, ratum esto negotium; sin minus, is heredum, cui libet, terram emat. Certus autem mensis in conventu provinciali constituetur, quo dimidiam a) terram emat &, dato jurejurando, pro ea solvat tantum pretii, quantum testes locupletes adfirmant, [priorem] emtorem solvisse. Quod si [terram hocce modo], ut dictum est, non redemerit; non ipsi ulterius pateat redimendi potestas, sed terram is teneto, qui emerat. Si quis terram, aquam aut molam vel aliam quamcumque machinam aquariam emerit, antequam heredibus legitime fuerit denunciatum; is, qui jus habet protimiseos, [terram &c.] intra tres annos antequam legitime usucapta fuerit, eo pretio redimito, quo alter emit. Si is, qui jus habet redimendi, terram intra tres annos non redemerit; emtor eam retineat, quia tunc legitime terram adquisivit, nisi is, penes quem est jus redimendi, legitimum habuerit impedimentum, hoc [scilicet] si extra regnum versatus, nullum in patria habuerit ejusdem gradus consangnineum. [Quod si acciderit, terram] intra tres annos, postquam in pa-

---

a) Quare dimidiam tantum terram emere liceret, nescio.

Lösär thän ok jamskildär är ok inrikis, tha aghär thän vitu. utanrikis är aterat lösä arfthä lot sin af hanum innän manäthä dagh af Lanzthingt til takumm, äptir thy sum ärfthäloter war tha jorth ater löstes a tho at hum var främlethis i arf fallin. Sva skal kono ok ovormagha laghbjutha sum maghandä manne. Löser eig konä äller ovormaghä malsman a manäthä stämpnu sum fyr var sakt, tha ma eig ovormaghe ater lösä, sithan han til maghandä aar komber, utän thän vili sum köpte, äller aruär haus. Sigher mather arftaknä | otholjorth vatn äller vatnvärk eig laghbuthin varä, thät liggär til thingsmannä vitnä. Bära thingsmän jaftik vitni ok ymstik, tha äghär then värn ok vitzorth, sik kallä laghbutbit hana, äller arnä hans, än han döthär är, at svärjä nȝ tolf mannä ethe ok tvein bolfastä mannä vitnum, tha a thingi varo han laghböth, b. s. s. G. h. oc v. s. or helgädömä *) han a halder ok tvem XII man.

9

*) Helgädömä stilo forensi et apud Islandicos scriptores denotat reliquias Sanctorum, as jurantes sub catholicismo tangebant. Sviog. Tom. 1. pag. 847. — Vocabulum auarium, in medio ævo, eandem habuisse

triam revertit, redimito b). Si autem ejusdem gradus consanguineus, qui in patria versatur, terram die legitime constituto non redemerit, is [qui extra patriam versatur] redemtionis actionem non habebit, postquam domum rediit. Si qui pari cognatione est, & in patria versatur, [terram] redemerit; is, qui extra regnum versatur, actionem habet suæ portionis ab eo redimendæ intra mensis diem in conventu provinciali constitutum. [Ejus autem portio tanta erit] quanta fuit pars hereditatis, cum terra redimeretur, licet postea ad heredes [emtoris] pervenerit. Feminæ vero & impuberi terra offertor, æque ac viro. Si curator feminæ aut impuberis mensis die constituto, ut prius dictum est, non redemerit; impuber jus non habebit [terræ] redimendæ, postquam ad maturam ætatem pervenerit, nisi emtor aut ejus heredes hoc voluerint [permittere]. Si quis dixerit, terram, aquam aut machinam quandam aquariam, quæ hereditariæ & plene propriæ sunt, non esse heredibus legitime oblatas, hac de caussa testimonium danto ii, qui in conventu fuerunt. Si testimonia dubia ac diversa hi per-

---

b) Upl. L. Jord. B. Fl. IX. §. 4. — WGL. Jord. B. Fl. XIII. §. 1. Ed. Stjernhjelmii. — Suderm. L. Jord. B. Fl. IX. — Hels. L. Widherb. B. Fl. XVI. — LL. Jord. B. Cap. XVIII. pr.

